

Petrus Tomicki episcopus, regni Po:
lonie vicecancellarius, Sigismundo
primo regi Polonia.

123

Serenissime princeps et domine, domine de:
mentissime. Milites mei mercenarij, quas
cum maiestate vestra ad bellum misi, ad
me intimarunt sibi esse mandatum vestra
maiestatis nomine, ut singuli eorum in
propria persona starent inter ordines ter:
restres in suo loco, qui eis designaretur
ab eo, qui exercitui praecit. Credunt au:
tem si ita fuerit, id eis valde grave, val:
deque difficile fore, nec posse utriusque
rei satisfacere. Cum autem ego quoque
intelligam, non sine magna gravitate id
esse futurum, si cogerentur ad hanc bi:
partitam expeditionem, supplico humiliter
maiestati vestrae, dignetur eam gratiam
ipsis impartiri in hac ipsa expeditione, qua
vel auxiliis vel aliis suis mercenariis fau:
re solet, ut militiam ex bonis suis de:
bitam, simul cum ea militia, ad quam
stipe conducti sunt, implere et exerere poss:
sint. Si enim hac spe frustrabuntur, quam
se me potente consequi credunt, et ego fru:
stra pecuniam impenderem, et maiestas sua
tot se servitoribus, utique mercenariis in
presenti publica calamitate privaret. Gratia

me

me vestra maiestatis commendo, pro cuius
 ius felici et incolumi statu cum toto
 clero, Deum omnipotentem sedulo oro.
 Datum 1524.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to fading and orientation.]